Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarius de tempore - Cod. Aug. perg. 13

[Reichenau ?], [13. Jh.]

Dominica VIIII. post octavam pentecosten. Secundum Lucam [= 16,1-9].
Omelia Ieronimi presbyteri de eadem lectione.

urn:nbn:de:bsz:31-41548

Visual Library

Noxie vestimentum considerare . sed inspi
cere figuram fallacie. Apostolos predicant .
sed apostolis contraria annuntiant. Mar
tyres magnificant . sed martyrum perse
cutores probant. Apostoli et martyres sci
non persecutionem fecerunt . sed persecutio
nem pertulerunt. Non maledixerunt . sed
maledicta sustinuerunt. Non blasphe
mauerunt dominum . sed a blasphematoribus
interfecti sunt. Isti autem omnia iniquis
sima . omnia irreligiosa implere cura
runt. Sanctos persecuntur . fideles oppri
munt . dominum etiam sine uerbis moribus
blasphemant. Propterea ex fructibus
eorum cognoscetis eos. DOM. VIIII.
post octauam pentecosten.

In illo tempore. Secundum Lucam.
Dixit dominus ihesus discipulis suis parabolam
hanc. Homo quidam erat diues
qui habebat uillicum . et hic diffa
matus est apud illum quasi dis
sipasset bona ipsius. Et uocauit
illum . et ait illi. Quid hoc audio de
te. Redde rationem uillicationis
tue . iam enim non poteris uillicare.
Ait autem uillicus intra se. Quid faci
am . quia dominus meus aufert a me uil
licationem. Fodere non ualeo . mendica
re erubesco. Scio quid faciam . ut cum
amotus fuero a uillicatione . reci
piant me in domos suas. Conuo
catis autem singulis debitoribus domini
sui . dicebat primo. Quantum debes domino
meo. At ille dixit. Centum cados olei.
Dixitque illi. Accipe cautionem tuam . et
sede cito scribe quinquaginta. Deinde
alio dixit. Tu uero quantum debes. Qui
ait. Centum choros tritici. Ait illi. Ac
cipe litteras tuas . et scribe octoginta.
Et laudauit dominus uillicum iniquitatis quia
prudenter fecisset . quia filii huius seculi
prudentiores filiis lucis in generati
one sua sunt. Et ego uobis dico. Faci
te uobis amicos de mammona iniqui
tatis . ut cum defeceritis recipiant
uos in eterna tabernacula. OMEL.
Ieronimi presbiteri de eadem lect.

Appropinquantibus saluato
ri publicanis et pecca
toribus ut audirent
eum . murmurabant pharisei et scri
be dicentes. Quare iste peccatores
recipit et comedit cum illis. Quod locutus
est parabolam centum ouium . et unius perdi
te . que inuenta pastoris humeris re
portata est . et cur esset proposita statim
intulit. Dico uobis quod ita gaudium
erit in celo super uno peccatore peni
tentiam agente . quam super nonaginta no
uem iustis . qui non indigent peni
tentia. Aliam quoque parabolam decem
dragmarum unius perdite atque reperte
cum proposuisset . simili eam fine com
pleuit. Sic dico uobis . gaudium

[Margin:] ...rgire nobis domine quesumus
...piritum cogitandi que rec-
...propicius agendi . ut qui
...e esse non possumus .
...te uiuere ualeamus.

Erit coram angelis dei super uno peccatore penitentiam agente. Tertiam quoque parabolam proposuit hominis habentis duos filios, et diuidentis inter eos substantiam. Cumque minor facultatibus perditis egere cepisset, et comedere siliquas porcorum cibum, reuersus ad patrem susceptus est ab eo. Has tres parabolas etiam phariseos et scribas locutus est, qui nolebant recipere penitentiam peccatorum et publicanorum salutem. II.

Dicebat et ad discipulos suos. Haud dubium quin parabolam sicut prius ad scribas et phariseos qua parabola ad clementiam discipulos hortaretur, et aliis uerbis diceret: dimittite et dimittetur uobis. Et in oratione dominica una uoce poscatis: et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Que est ergo parabola, ad clementiam discipulos prouocantis? Homo quidam erat diues, qui habebat uillicum siue dispensatorem. Diues homo qui habebat uillicum siue dispensatorem, deus omnipotens est, quo nihil ditius est. Huius dispensator paulus, qui ad pedes gamaliel sacras litteras didicit, legem dei susceperat dispensandam. Qui cum cepisset credentes in christo persequi, ligare, occidere, et omnem domum sui dissipare substantiam, correptus est a domino: Saule saule, quid me persequeris? Durum est tibi contra stimulum calcitrare. III.

Ait paulus in corde suo. Quid faciam, quia qui magister fui et uillicus, cogor esse discipulus et operarius? Fodere non ualeo. Omnia enim mandata legis que terrena incubabant, christo destructa, et legem et prophetas usque ad iohannem esse finitos. Mendicare erubesco, ut qui doctor fueram iudeorum, cogar a gentibus et a discipulo anania salutis officium mendicare doctrinam. Faciam quod in utile esse intelligo, ut postquam proiectus fuero de uillicatione, recipiant me in domos suas. Quod si quesieris quare uocetur uillicus iniquitatis in lege que dei est, iniquus erat uillicus, qui bene quidem offerebat sed non bene diuidebat, credens in patrem sed filium persequens, habens deum omnipotentem sed spiritum sanctum negans. IIII.

Prudentior fuit paulus apostolus in transgressione legis filiis quondam lucis, qui in lege uersati et prophetis, quod dei patris lumen uerum est, perdiderunt. Ambrosius mediolanensis episcopus quid de hoc loco senserit, in commentariis eius legere potes. Origenis et didimi in hac parabola explanationem inuenire non potui, et utrum abolita sit temporum uetustate an ipsi non scripserint, incertum habeo.

alibi iuxta priorem interpretationem hoc uidetur quod de iniquo mamona debeamus amicos facere, non quoslibet pauperes, sed eos qui nos possint recipere in domos suas et in eterna tabernacula, ut cum eis parua prebuerimus, recipiamur ab eis magna; et dantes aliena, nostra suscipiamus; ut seminemus in benedictione, ut metamus benedictionem. Qui enim parce seminauerit, parce et metet.

Dom. x. post oct. pent.
Secundum Lucam.

In illo t. Cum appropinquaret Ihesus Hierusalem, uidens ciuitatem fleuit super illam dicens. Quia si cognouisses et tu. Et re.

Et quidem in hac die tua que ad pacem tibi. Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia uenient dies in te, et circumdabunt te inimici tui uallo, et circumdabunt te et coangustabunt te undique, et ad terram prosternent te et filios tuos qui in te sunt. Et non derelinquent in te lapidem super lapidem, eo quod non cognoueris tempus uisitationis tue. Et ingressus in templum, cepit eicere uendentes in illo et ementes, dicens illis. Scriptum est, quia domus mea domus orationis est. Vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et erat docens cottidie in templo.

Collecta. Pateant aures misericordie tue domine precibus supplicantium, ut petentibus desiderata concedas, fac eos que tibi sunt placita postulare. Per

Omelia beati Gregorii pape.
De eadem lectione.

QUOD FLENTE domino illa hierosolimorum subuersio describitur, que a Vespasiano et Tito romanis principibus facta est, nullus qui hystoriam euersionis eiusdem legit ignorat. Romani enim principes denuntiantur cum dicitur: Quia uenient dies in te, et circumdabunt te inimici tui uallo, et coangustabunt undique, et ad terram prosternent te et filios tuos qui in te sunt. Hoc quoque quod additur, et non relinquent in te lapidem super lapidem, etiam eiusdem ciuitatis transmigratio testatur, quia dum in eo loco constructa est, ubi extra portam fuerat dominus crucifixus, prior illa hierusalem ut dicitur funditus est euersa. Cui ex qua culpa euersionis sue pena fuerit illata subiungitur. Eo quod non cognoueris tempus uisitationis tue. Creator quippe omnium per incarnationis sue mysterium hanc uisitare dignatus est, sed ipsa timoris et amoris illius non recordata est. ii

Querendum est quid sit quod dicitur. Videns ciuitatem fleuit super illam dicens, quia si cognouisses et tu. Fleuit et enim pius redemptor ruinam perfide ciuitatis, quam ipsa se ciuitas non cognoscebat esse uenturam. Cui flente domino recte dicitur: Quia si cognouisses et tu.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg